



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.  
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,  
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,  
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

Etalense monasterium, vulgò Etal in d. Frisingensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11261**

## CAPVT XC.

*S. Nicolai de Arenis monasterium, in  
Sicilia.*

**F**uit hoc monasterium olim extra, nunc  
intra urbem Catanensem situm: à quo  
nomen olim habuit Congregatio S. Ni-  
colai de Arenis circa annū Christi 1300. Sed  
desijt ea anno 1506. quando dictum Catanen-  
se monasterium, cum alijs quinque, Congre-  
gationi Cassinensi accessit.

1300.

## CAPVT XCI.

*Etalense monasterium, vulgò Etal in d.  
Frisingensi.*

**I**mp. Ludouicus quartus (vt habet historia  
monasterij, sed Ioannes Auentinus in An-  
nalibus suis, lib. 7, non meminit historię  
sequētis, fortè non satis fide dignę,) cum  
propter nimias impensas, quas in Italia fece-  
rat, ita vt ei iam necessarij sumptus pro reditu  
in Germaniam deficerent, admodum sollici-  
tus esset, veniente quadam die ad se monacho,  
& spem facienti, illum ex his malis emer-  
surum; ea conditione, si postquam in Germani-  
am redijssset, monasterium in loco suę diti-  
onis, *Ampherang* dicto, in honorem Dei &  
beatissimę virginis Marię exstrueret; fidem

Z 3.

dedit,



dedit, se illud sedulo exsecuturum, & coenobium in praedicto loco conditurum. Quamobrem illico a quodam Regulo Italiae, quem una cum ditioe sua libertatis iure donavit, magnam pecuniae vim accepit; ita ut oppignorata omnia redimere posset: In Germaniam itaque reversus, in *Partenkirchen* a quodam venatore, Henrico *Vend* nomine, exceptus est, ex quo de loco illo *Ampherang* quaesivit. Cumque ille in vicinia iam esse diceret, eoque Imperatorem deduceret iussit Imperator illic ligneam domunculam pro venatore aedificari, silvamque olim latronum receptaculum extirpari, & ita monasterium, quod promiserat erigo, in honorem B. Mariae Virginis, posuitque primum lapidem simul quoque offerens effigiem B. Virginis ex alabastro factam, quam illi monachus in Italia dederat, quae usque hodie adhuc ibi ostenditur in die Vitalis Martyris, anno 1330. Instituitque Abbatiam S. Benedicti pro 20. monachis, quorum 14. sacerdotes esse deberent. Primus Abbas ex monasterio Reichenpach hic positus, nomine Fridericus Heinrichcenter. Ita Hundius.

1330.



AN